Siena (?), 8. Jahrzehnt 15. Jh. /vor 1478

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8184
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



nocet stomaco: uomitum: fluxum ne-
reis: et dolorem corporis: uentositates
et rugitus: et cibi abominationes indu-
cit: et prope si cum cibus alijs miscetur.
Ideo ab antiquis precipitur: ut comedan-
tur ieiuno stomaco, et abluuoribus
mundificato, et post aliquantulum spa-
cium, alter cibus comedi debeat. Pno-
cet nerui ipos humectando, prouocat
urinam, et proprie cum semine eius:
et renes abrenulis, et lapillis mundificat.
similiter et uessicam. Vt autem nocumen-
tum mellonum remoueatur, Colerici de-
bent bibere post ipsum oxizaccharum
.i. sulep ex zucchero et aqua, et aceto
factum: aut oximel, quod ex aqua et
aceto, et melle componitur. Flemmati
autem aut oximel, aut uinum, aut zinzibe-
re condito sumant. ¶ Repuntur autem
Auctores in discordes: si post mellonem
aut peponem quod idem est: uinum aut aqua
bibenda sit: et sic fere de omnibus humi-
dis fructibus est controuersia. Auicenna
autem qui princeps apud sarracenos fuit,